

tamen competentes, adire, qui causam in eodem statu, quo fuerit assumat, & quamprimum terminari, curent, &c. quod si instantia petiret, simul & omnia acta iudicii ordinaria, citationes, libelli, termini, conclusiones, & similia, (ut dictum est,) quibus aut eorum singulis deficientibus, superior terminare non poterat, quia deficit substantia, & sic eo decreto solum puniatur negligentia inferioris, & in ejus pœnam hæc datur facultas recursus, & privilegium partibus.



CAPUT III.

Executorum differentia quotuplex, & de singulorum lata demonstratione: & quando ab eis emissæ appellationi denegata delatio vim detegat, ubi quid sit excessus, quotuplex, quomodo, quandoque proponetur, aut etiam probetur, aut ab eo quoties appellari licebit.

SUMMARIUM.

- 1 Executores sive executorialium, sive gratiarum, aut meri sunt, aut mixti.
- 2 Merus executor in quibus a mixto distinguitur, & cognoscatur.
- 3 Executor merus dicitur, quoties omni liquidata materia, & precedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus nudi facti executio est commissæ.
- 4 Exceptio, qua ommissa fuit, a parte citata per iudicem super causa cognitione adhibita in executione, non potest posse executor, cui executio committitur de ea cognoscere.
- 5 Executor mixtus dicitur, executorialium executio committitur nulla precedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus, qua incidere solet in ea.
- 6 Executori commissæ censetur causa cognitio; & terminatio eorum que incidunt, & admitti solent in via executiva, ubi talis cognitio non processit.
- 7 Executor mixtus est iudex, & habet jurisdictionem ad exequendum.
- 8 Executor mixtus cognoscit de concernentibus executionem sententiæ.
- 9 Executor mixtus potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, qua opponi possunt executioni executorialium, non tamen respicientes merita causæ.
- 10 Executor datus ad rerum & fructuum restitutionem, est omnino mixtus, cum illi commissæ intelligatur fructuum liquidatio.
- 11 Executor merus nullam causæ cognitionem habet, sed purum factum committitur, & ideo caret jurisdictione.
- 12 Executor uterque quas exceptiones admittere, vel rejicere teneatur, & quando ob id poterit ab eo appellari, remissivè.
- 13 Executor sive merus sive mixtus est delegatus, & vice gerit mandatis.
- 14 Lex seu canon debet intelligi secundum rubricam, sub qua statutum est.
- 15 Ab executor sive mero sive mixto, appellationi emissæ non deferens, vim nullam facit, nisi modum excedendo, ibid.
- 16 Excessus consentire non videtur, qui consentit sententiæ, ibidem.
- 17 A quilibet causa mundi licet aliàs negetur appellatio, tamen admittitur ab excessu.
- 18 A vifitatione licet non appellatur, tamen a vifitatione excedente admittenda est.
- 19 A correctione fraterna licet negetur appellatio, tamen admittitur corrigente modum excedentis.

- 19 & 20. Ab executore neutro appellatur, nisi modum excedat.
- 21 L. ab executione, C. quorum appellat. non recip. intelligitur in executore, cui jurisdictionis inest.
- 22 Executor si ve sit facti, sive sit juris, admittit appellationem ab excessu.
- 23 Butri. & Ruginell. convincuntur dicentes, à mixto executore posse appellari, cum seqq.
- 24 Executor qui mandatum exequitur, non est qui gravat, sed sententiæ, & iudex, qui eam tulit.
- 25 Appellatio cum est denegata à re iudicata & iudice debet, denegari ab ejus executore.
- 26 Alus non attribuitur exequenti, sed mandati & ordinanti.
- 27 Illud quod venit in executionem alius inappellabilis, pariter inappellabile est.
- 28 Liquidatio incidens in executionem est pars ipsius cuius substantiam & naturam mutat.
- 29 Liquidatio in executionem incidens non inducit novum gravamen, sed continet declarationem interpretativam (cessante excessu.)
- 30 A liquidationibus incidentibus in executorialium executione non appellatur, remissivè.
- 31 Ab executione non appellatur.
- 32 Idem est appellare ab aliquo facto iudicis, quod à iudice aliquid faciente.
- 33 Ab utroque executore negatur appellatio, nisi excessus adsit, quia aliàs fieret de via executiva ordinaria.
- 34 Ab executore mixto, cui virtualiter intelligitur commissæ negotii principalis cognitio, licet appellare & de exemplo. Etiam si non excedat, ibid.
- 35 Gratianus reprobat, dicens ab excecute excedente appellari quoad devoluntium, non tamen suspensivum.
- 36 Excessus est potestatis mandata limitum transgressio.
- 37 Excessus est novum quoddam gravamen extra limites potestatis mandata per executorem illatum, & hæc descriptio consonat.
- 38 Executor recipit potestatem à commissione strictè, cuius limites non transgreditur, sed præ oculis habere debet.
- 39 Executor tenorem commissionis præ oculis habere debet.
- 40 Iudices non debent recedere à verbis rescriptorum.
- 41 Iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus ejus verba patiuntur.
- 42 Commissionis verba ubi non conveniunt, nec ipsa continent commissio.
- 43 Plura loca sacra Scriptura ponderantur mandati excessum mandati. Deuteronomii c. 12. in fin. Apocalyps c. ultim. Exodi c. 25. Actuum Apostolorum, 7. Paul. ad Hebræos, c. 8. Job. c. 14. Deuteronomii c. 19. Paul. ad Timotheum, c. 6. David Psalm. 118. & Psalm. 118. & Psalm. 118. Genes c. 24. Divi Pauli Philippen. 3. Idem Thessalon. 1. c. 4. Joan. 1. c. 2. c. 5. & c. 15. Divi Bernardi lib. 1. de considerat. c. 2. Divi Pauli 1. Corimb. c. 5. Luca c. 12. Joannis c. 6. & c. 4. Divi Ambrosii lib. de Paradiso, ibid.
- 44 Tenorem sententiæ, & commissionis præ oculis habere debet executor.
- 45 Tenor sententiæ est forma ipsius.
- 46 Verba sententiæ ponderanda sunt sicut verba contractus.
- 47 Verba contractus sunt forma ipsius, qua dat esse rei, cui aliquid nec addi, nec detrahi potest.

48 Provisio

- Provisio omnis facta determinato modo suos terminos egredi non debet, ibid.
- 48 Dispositionem nulla ultra egredi, quam quod tenor patitur.
 - 49 Tenori dispositionis semper inharendum, nunquam autem recedendum.
 - Plurium jurium verba recensentur in variis dispositionibus earum tenorem attendendum, mandantium, ibid.
 - 50 A verbis cuiuslibet dispositionis non est recedendum, nisi natura rei aliud suadeat, cum verba sunt clara.
 - 51 Tenor scripturæ attendendus in sententiæ, commissione, rescripto, legibus, statutis, privilegiis, testamentis, feudorum concessionibus, compromissis libellis, instrumentis.
 - 52 Ubi verborum ordo, mysterium est.
 - 53 Tenor mandati via est & lucerna executoris.
 - 54 Munera, & malignantium persuasio executores dēvertere, & declinare faciunt a tenore mandati.
 - Flura ad id sacra Scriptura loca adducuntur in comprobationem, ibid.
 - 55 Creatura omnes (deopto homine) sui creatoris præcepta adimplent, in nihil transgredientes.
 - 56 Executor si executorialium fines egrediatur, desinit esse iudex, & potestate carere tunc incipit.
 - 57 Executor executorialium ad instar est iudicis habentis jurisdictionem territorio limitatam, & si illud egrediatur efficitur privatus.
 - 58 Extra territorium jus dicenti impune non paretur.
 - 59 Executoris potestas coarctata est ad limites commissionis, sententiæ tenori inherens.
 - 60 Limites territorii egredi, & terminos jurisdictionis ampliare, idem est.
 - 61 Potestas sententiæ finibus concluditur.
 - 62 Executor in eo quod excedit, desinit esse executor.
 - 63 Executor in excessu caret jurisdictione, & desinit esse iudex.
 - 64 Et caret potestate.
 - 65 Executor excedens executoriales aliud separatum & diversum ab eis facit.
 - 66 Gravamen illatum ultra sententiæ tenorem novum est, & excessus minimè admittendus.
 - 67 Novum gravamen illatum per executorem nondum in iudicio fuit cognitum, nec gravatus super illo condemnatus.
 - 68 Lis est initianda cum eo, cui sententiæ non officit.
 - 69 Executor exequens novum gravamen in sententiæ non comprehensum, dicitur excedere, quia incipit ab executione.
 - 70 Excessus executionis dicitur casus non dicitur in sententiæ, qua exequitur.
 - 71 In excessu cessat omnis res iudicata, & omnis obligatio executiva.
 - 72 Executor excedit pluribus modis, nempe. De re ad rem, & de quantitate ad quantitatem. De persona ad personam. De tempore ad tempus. Rejiciendo legitimas exceptiones sententiæ licitè opponendas, aut admittendo rejiciendas. Preposterando ordinem sibi in commissione traditum.
 - 73 Et semper quando caret potestate & jurisdictione.
 - 74 Ab excessu appellationis emissæ nisi executor deferat vim facere, decernes senatus aditus per viam violentiæ.
 - 75 Excessus potest dici & committi tot modis, quot potest aliquid dici plus.
 - 76 Excessus omnis gravamen est, non è converso.
 - 77 Excessus gravamen est qualificatum, plura specialissima continent.
 - 78 A simplici gravamine per executorem illato appellationi non deferatur.
 - 79 Ratio differentia inter simplex gravamen, & gravamen qualificatum scilicet, excessum redditur.
 - 80 Executor infert simplex gravamen intra limites sua

- commissionis, non tamen in excessu, redditur excessum.
- 81 Executor si præstet minus quam in sententiæ sit comprehensum, gravat simpliciter, non excedit, & quare
 - 82 Excessus dicitur quando aliquid additur sententiæ qua exequitur, non tamen quando aliquid detrabitur.
 - 83 Excessus & defectus inter se contraria sunt, & repugnantia.
 - 84 Excessus executoris tria reperimur in iure descriptæ remediâ. Appellatio scilicet, querela, & nullitas, ibid.
 - 85 Excessus tendunt in noxam reipublicæ, ac regulariter in malam partem sumuntur.
 - 86 Executor excedens tenetur parti de dolo, vel actione injuria, & facit litem suam, ibi.
 - 87 Excedere dicitur executor, si aliquid dolo vel lata culpa faciat.
 - 88 Contra excessum executoris potest gravatus implorare officium iudicis superioris. Querela adversus executores excedentes quoties utantur advocati in supremis tribunalibus, ibid.
 - 89 Immunitas a collectis si describatur in libro contribuentium, debet infra decem dies appellare. Non immunitas autem ab excessu poterit querelam semper ponere, ibid.
 - 90 Per viam appellationis licet possit quis conqueri de iniquitate executoris, tamen etiam potest quandocumque superioris implere officium.
 - 91 Ab excessu revocationem nullitatis remedium introductum est.
 - 92 Ab excessu simul cum querela appellare valde utilissimum est, ne executor excessum exequatur.
 - 93 Ab executore excedente appellatio emissæ utrumque habet effectum devoluntivum & suspensivum, cui nisi deferat executor, vim facit.
 - 94 Querela ab excessu non operatur effectum suspensivum.
 - 95 Ab excessu executoris utilius est appellare, ut evitetur actualis executio gravaminis.
 - 96 Appellationis & querelæ remediò ab excessu executoris uti simul non potest, ad effectum recurrendi ad regem per viam violentiæ, & quare.
 - 97 Deficiente appellatione (qua coram ipso executore necessario est proponenda) non potest haberi recursus per viam violentiæ.
 - 98 Querela supponit superiorem, coram quo proponenda est.
 - 99 Appellatio & querela ubi competunt, qui appellationis via vitur, debet intra decem dies interponere, secus in querela, quia post illos potest proponi.
 - 100 Ab excessu utens appellationis remediò non auditur post decem dies.
 - 101 Excessus intra quod tempus sit proponendus disceptatur.
 - 102 Excessus executoris ut non sit nullitas, sed iniustitia tantum egeatque appellatione qui teneant.
 - 103 Ordo l. à D. Pio, §. in vendit. ff. de re iudic. an datur pro forma substantiali, ita ut ejus perversa non egeat appellatione.
 - 104 Ordinem assignatum per d. §. in venditione esse inductum formam, & ejus commissionem causare nullitatem & excessum qui teneant.
 - 105 Ordo executionis de quo in d. §. in venditione ommissus per iudicem ordinariam non causat excessum & nullitatem, sed iniustitiam.
 - 106 Ordinis perversio de quo in d. §. in venditione facta per executorem causat nullitatem, & excessum.
 - 107 Jurisdictio ordinarii an sit per commissionem executionis superioris noviter delegata, aut excitata, nullum interest quoad excessum.
 - 108 Excessus quilibet executionis est nullus, quia in excessu, executor caret potestate, mandato & jurisdictione, & tempera, ut n. 248.

U u 3

109 Ab excessu quantumvis nullo utile est appellare, ut
causet suspensionem.
110 Excessus per viam appellationis & nullitatis potest in
iudicium proponi.
111 Excessus omnis mandata commissionis est nullitas.
112 Nullum est omne gestum prater mandati formam, nec
valet, ut videri potest.
113 Excessus executoris non transe in rem iudicatum, quo-
minus quocumque tempore possit iudicium allegari.
114 Excessus an ultra triginta annos possit proponi.
115 Nullitas sententia triginta annis durat.
116 De nullitate perpetuo agi potest in causis, quibus
vertitur anime periculum.
117 De excessu executoris etiam post triginta annos, per-
petuo agi posse, defendit Author.
118 Executor in excessu mandata potestatis caret mandato.
119 Executoris mandatum & procuratoris eisdem legibus
regulantur quoad excessum.
120 Mandatum jurisdictionis & mandatum ad lites
equiparantur, & de uno ad aliud arguitur.
121 Mandatum utramque lites, & jurisdictionis est stricti
iuris in quo non veniunt nisi expresse.
122 Nullitas ex defectu mandati quoadcumque etiam
post mille annos potest proponi.
123 Et idem de nullitate proveniente ex defectu jurisdic-
tionis.
124 Exceptio nullitatis ex defectu mandati & jurisdic-
tionis non censetur exclusi a statuto excludente
omnes exceptiones.
125 L. Regia tit. 15. lib. 5. ordin. limitans terminum pro-
ponenda nullitatis intra 60. dies non procedit in
nullitate jurisdictionis & mandati.
126 Excessus executoris excedentis limites sententia po-
test quoadcumque proponi.
127 Executor quando excessit non curram fatalia quomi-
nus omni tempore de huius nullitate dici possit.
128 Attentati simplicis revocationem nullo tempore
prescribi posse qui dixerint.
129 Attentati simplicis revocatio quanto tempore prescri-
batur, & quando perpetuo peti possit, remissive.
130 Excessus causa pendente an currat tempus ad appel-
lanam a simplici gravamine, casu quo declaratur
non excessisse executoris.
131 Agenti de nullitate sententia etiam succumbenti non
currit terminus ad appellandum ab ea propter injus-
titan.
Dummodo nullitas calumniose non sit proposita, aut ex
causa evidenter improbabilis, ibid.
132 Qua doctrina procedit in attentatis absque distinctio-
ne an appellatio sit compatibilis, vel incompatibilis.
133 Excessus executoris est attentatum.
134 Excessus executoris est incompatibilis cum simplici
gravamine & iniustitia.
135 Super excessu iudex dumtaxat aditus non potest se
in vomittere & cognoscere ne simplici gravamine,
& iniustitia executoris.
136 Dilaciones dua quando procedunt non ex eodem fonte
sed diversis respectibus, una alteram non confundit
sed utraque successive operatur.
137 Qua origine & respectibus sunt diversa eadem sunt
prosecutione & effectu.
138 Excessus causa, & simplici gravaminis sunt inter
se diversa.
139 Excessus articulo pendente non currit terminus ad
pellandum a simplici gravamine executoris.
140 Ab excessu qui appellavit etiam succumbat, prodest
illa appellatio, ut possit prosequi super simplici grava-
mine, quia semel a facto excessu appellavit, licet sub
falsa causa.
141 Ab excessu appellationi emissa per procuratorem ca-
rentem speciali mandato ad idem deferendum non est,

142 Executionem ex re iudicata emanata a lite qua procu-
rator quis fuit petere non potest, nisi circa speciali man-
dato.
143 Si ope exceptionis repellatur, alias bene poterit actio-
nem iudicati procurator intentare, & de aliis limita-
tionibus ibi remissive.
144 Ab excessu si appelletur, debet excessus nominatim ex-
primi, alias appellationi deferendum non est.
145 Ab excessu contra appellatam est juris presumptio,
cum ab executore regulariter sit prohibendum, nisi spe-
cialiter ab excessu, & ideo is debet exprimi, ut exe-
cutor cognoscat an sit deferendum.
146 Appellatio ubi regulariter est prohibita, permessa ta-
men ex speciali ratione in aliquo casu, debet exprimi,
ut illi deferatur, & quare, ibi.
147 Excessus causa si non sit in appellatione expressa execu-
tor non tenetur supersedere, sed exequi.
148 Excessus causam exprimeret nullam tamen, non pro-
dest.
149 Excessus causa est exprimenda, ut discernatur, an sit
appellatio deneganda, vel concedenda audientia.
150 Ab excessu appellationi resisti jus non fuerit causa ex-
pressionem.
151 Excessus causa omissio non vitiat appellationem, nec ea
non est substantia nisi quoad effectum deferendi.
152 Excessus specialis expressio requiritur, ita ut non suffi-
ciat appellatio, quia excessisti a tua commissione.
153 Nec sufficit in genere per relationem ad acta.
154 Ab excessu appellatio an totam executionem suspendat,
an solum excessum.
155 Excessus causa expressa si non concernat totam execu-
tionem, illam non suspendit appellatio, sed excessum
expressum.
156 Excessus in uno casu allegatus supponitur in aliis non
adesse.
157 Appellatio non cadit super excessu non expresso.
158 Appellatio ab uno articulo non suspendit totam cau-
sam non connexam.
159 Regis senatus aditus per viam violentie ob denega-
tam appellationem ab excessu, quo decreti generi uti
soleat, & quomodo concipiendum.
160 Cautela Vestrii ad suspendendam totam executionem
vigore appellationis ab excessu refertur.
161 Vestrii cautela manifeste ut falsa convincitur.
162 Ab excessiva expensarum & fructuum taxatione ap-
pellatio an totam causam suspendat.
163 Excessus executoris quomodo sit probandus.
164 Excessus non presumitur nisi per appellatam probe-
tur.
165 Excessus debet constare evidenter, verisimiliter & pro-
babiliter.
166 Signatura iniustitie anteaquam committat causam ap-
pellationis suspensiva ab excessu, non facile creditur par-
tis assertioni, nisi prius de illo gestaret.
167 Excessus executoris probatur ex inspectione actorum
qua gessit & commissionis.
168 Iniquitas iudicis inter procedendum quando arguitur,
ex inspectione processus detegitur.
169 Executoris mandati defectus probatur ex actorum in-
spectione.
170 Negativa coarctata ad certam scripturam per illius
inspectionem probatur, quia quod ibi non reperitur
expressum, presumitur non factum.
171 Legatum non fuisse mandatum, nec relictum proba-
tur inspectione testamenti.
172 Negativa, aliquem non esse talem prout asseritur, pro-
batur per inspectionem actorum.
173 In iudiciis, privilegiis, & similibus quod non reperi-
tur expresse concessum, censetur prohibendum.
174 Commissio non presumitur nisi quatenus de ea constat.
175 Mandatum quem non habere, seu potestatem iudicandi.

seu ordinem non fuisse servatum, & similia, proba-
tur per actorum inspectionem.
176 Quod in eisdem actis non appareat dicitur non adesse.
177 Pro mandato non presumitur nisi quatenus ex ejus
inspectione appareat.
178 Mandatum regulariter debet exhiberi.
179 Excessus directo opponitur commissione mandata jux-
ta quam appositus clarius patet.
180 Excessus executoris per commissionem detegitur, sicut
macula faciei per speculum.
Commissio speculum executoris est, ibid.
181 D. Greg. auctoritas mirabilis adducitur in proposita.
182 Executoris potestas ut quantus sit, appareat, commissio
legitimè exhibenda est.
183 Executoris potestas pendet a deputatione, sicut pro-
curatoris a mandato, & sic a deputationis verbis
non est recedendum.
184 Commissionis forma debet attendi specificè, ut execu-
toris potestas cognoscatur.
185 Suprema pratoria ad detegendum executoris excessum
faciunt trahere commissionem & processum originalis.
186 Quae de facto sunt, de facto & omisso ordine iudicia-
rio reponenda, jus est.
187 Appellatio ab executore Apostolico excedente an le-
gitima sit, detegit senatus Regius ad quem recur-
ritur per viam violentia, per inspectionem processus
originalis.
188 Excessus separati ab executione possunt probari per
testes ut Varatari, & illi qui ex actis non appa-
rent, tangunt tamen negotium principale.
189 Excessus executoris tangens executionem ex actis non
apparens per viam querela proponi potest coram supe-
riori, licet interim non suspendat, & ibi declaratur.
190 Ab excessu executoris non nisi semel appellari potest,
nec secunde appellationis deferendum.
191 Ab excessu appellans juris presumptionem contra se
habet, quod ideo restringit potestatem appellandi.
192 Excessum non adesse declarans superior non causat per-
petuum prejudicium sed reparabile per viam sim-
plicis gravaminis sequendum post executionem.
193 Excessum non fuisse licet declaratur, non tamen nega-
tur adesse gravamen simplex.
194 Super qualitate gravaminis executoris cognoscitur,
quando appellatur ab excessu, super qua tantum
cadit appellatio cognita, & determinatio.
195 A simplici executoris gravamine pendente executione
appellans non auditur sed in finem per acta execu-
tionis referatur gravaminis cognitio.
196 In excessu causa succumbenti non obstat exceptio rei
iudicata, quo minus per viam simplicis gravaminis
ulterius gravamen in iudicium deducatur, quia est
causa diversa & separata.
197 Super aliqua qualitate formata inquisitio que non
probat & sequitur absolutio, potest de simplici
delicto denuo inquiri.
198 De excessu proposito & sit de qualitate gravaminis si
non constat gravamen simplex reservatum remanet
suo loco & tempore deducendum, ubi de exemplo.
199 Agens prius de simplici executoris gravamine & suc-
cumbens, an possit postea idem gravamen qualifica-
tum, & sic per viam excessum in iudicium deducere.
200 Absolutus ex una causa potest ex alia conventus con-
demnari.
201 Repulso ob ineptam actionem propositam non obstat ex-
ceptio rei iudicate aptam ulterius proponenti.
202 Gravamen simplex executoris ut excessum proponens
ineptè, & ante tempus agit, quia propter succumbens
peracta executione illud aptè proponet.
203 Causa eadem agendi, ut obstat exceptio rei iudicate,
debet esse immediata non mediante aliquo.
204 Rei iudicate exceptio non obstat debet evidenter constare.

205 Sententia lata super una actione non nocet eidem
agenti ex alia actione sibi competentem ex eadem
fonte, declara, ut num. seqq.
206 Etiam si ad sit conformitas aliqua cum alia a lione
diversa.
207 Pluribus actionibus competentibus ex eodem facto di-
versa tamen causa & respectu, sententia super una,
non nocet ex altera agenti, secus quando ex eadem
causa.
208 Excessus supponit defectum potestatis, & jurisdic-
tionis, ac nullitatem, gravamen simplex, aut etiam
potestatem & actus varietatem supponit.
209 Iudex ad quem ab excessu est appellatum, non potest
se intrinsece super causa principali executionis,
sed an sit excessus, vel non.
210 Ab excessu causa an utraque pars possit appellare
semel.
211 Titulus G. ne liceat in una eademque causa ter-
tio provocare, intelligitur, ut quilibet pars possit
bis appellare, non amplius.
212 Statuto disponente ut semel tantum in causa appello-
tur, possunt dari due appellationes a qualibet par-
te unica.
213 Supplicatio bina ubi est prohibita, intelligitur ab ea-
dem parte, quia utraque potest semel supplicare.
214 Due sententia conformes faciunt rem iudicatum in
articulo excessus liquidatione fructuum & expen-
sarum.
215 Due conformes ut dentur in articulo excessus, debet
precise concurrente bina appellatio in una parte,
& tre sententia.
216 A sententia Episcopi si semel tantum possit appellari,
intelligitur si a superiori prima sententia confirmetur.
217 Secus si prima infirmetur, quia tunc ab alia parte
poterit provocari.
218 Appellatio prima ab excessu executoris suspendit se-
cum appellatio autem ab ejus revocatione suspensio
effectum caret, & de ratione differentia.
219 Favor suspendenda executionis concurrens in appella-
tione ab excessu durat in repositione exequentia ap-
pellatione non obstante.
220 Quod de facili fuit concessum, de facili est revo-
candum.
221 Appellationis privilegiata ratio quandoque claudicat,
ut a prima sententia non suspendat, a revocatoria au-
tem sic, è converso.
222 Excessus ad revocationem an precisa & necessaria sit
appellatio?
223 Excessus revocationi tria remedia sunt a iure assigna-
ta, appellatio, nullitas, & querela.
224 De essentia appellationis est illam proponere de mino-
ri ad majorem.
225 Consuetudine induci non potest, ut appellatio propona-
tur a majori ad minorem, sed sic proposita vitatur
ipso iure.
226 Ordinarius in causa delegata minor est iudice dele-
gato a Principe.
227 Excessum factum per delegatum Principis potest or-
dinarius reponere.
228 Excessus executoris ut reponatur, non est necessaria
appellatio, sed querela sufficit.
229 Ab excessu appellare, licet non sit necesse, tamen val-
de est utile, ut executor supersedeat in executione
ejusdem excessus.
230 Nullitas de per se proposita sive principaliter aut
insidenter, non suspendit executionem sententia.
231 Et idem de nullitate per viam querela proposita.
232 Nullitas deducta per viam exceptionis non suspendit
executionem.
233 Limitatur in nullitate evidenti ex actis defectus ju-
risdictionis, nec non sententia irretractabilis.